XLVII

In nomine domini Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo undecimo. Indictione nona die veneris vigesimo sexto mensis martii. Venditione ad libellum
liberam totam et absolutam ab omni ficto censu prestatione ...utute conditione et onere fecit Damianus qui dicitur Bellus filius quondam domini Ugonis cattanei de
Cosonzezo de loco Samarate. Anzero Bozio filius quondam domini Thomaxii porte nove Nominative de sedimine uno cum hedificiis et curte et puteo iacente in civitate
Mediolani in parochia sancti Apolinarii porte horientalis cui choeret domine strata a mane pratum Francii a sero brollium monasterii sancte Radegonde a nona Micheri de Burgura
salvo quod si in choerentiis erraret quod hoc non noceat. Que secundum venditione predictus Damianus qui dicitur Bellus eidem Anzero fecit eo tenore et quod amodo in antea
dictus Anzerus cum suis heredibus et cui dederit habere et tenere et possidere debeat predictum sedimen cum omnibus suis iuribus et de eo facere quicquid facere voluerint
sine predicti venditoris suorumque heredum aut alterius persone contradictione. Et cessit et dedit ad quem mandavit eidem emptori omnes actiones utiles
et directas reales et personales atque ypotecharias et replicationes et receptiones et exceptiones et deffensiones et omnia iura sibi quocumque modo
... competentia in predicto et pro predicto sedimine supra vendito. Et contra debitores et fideiussores eius et eius heredes seu successores et res seu bona que sunt
vel fuerint aut erunt eorum et contra detentores et possessores bonorum et contraquastores alias personas et res et rerum possessores pro eo vel eorum occasione et
volens in ipsum emptorem plenum dominium et plenam possessionem et quasi predicti sediminis supra venditi transferre et dare. Constituit se illud eiusdem
possidere vel quasi donec de eo corporalem acceperit possessionem quam accipiendi et acceptam deinceps sua auctoritate retinendi eidem emptori dedit plenam
licentiam et liberam facultatem tribuit. Cum dominio et possessioni illico renuntiavit et ipsum emptorem transtulit desinit et dereliquid et de
cetero debeat et possit omnibus iuribus uti quibus ipse venditor actenus poterat seu posset. Quare predictus Damianus qui dicitur Bellus promisit obligando
omnia sua bona pignori eidem Anzero quod ipsum sedimen supra descriptum eidem Anzero et suis heredibus et cui dederit deffendet et guarentabit
ab omni homine persona collegio omni tempore suis expensis et dampnis et sine dampno et dispendio dicti Anzeri vel cui dederit. Et quod ipsum Anzerum
et cui daret ... exonerabit et indempnem prestabit et conservabit ab omnibus fodris et omnibus et condempnationibus et bannis comunis Mediolani impositis et
imponendis et factis et faciendis et datis et dandis semper et omni tempore donec super extimis olim factis fodra onera tallee et conditionem
imponent et impo[illegible] et imponenda exigerent. Et ab omnibus exactionibus que fient vel fieri vellent ab ipso Anzero vel cui daret
ratione seu occasione [illegible] dicti sediminis supra venditi. Pro qua vero venditione predictus Damianus qui dicitur Bellus fuit confessus et contentus recepisse
et habuisse a dicto An[illegible]zero libras centum [tertiolorum] tertiollorum. Renuntiando exceptioni non facte venditionis et non numerate et non recepte pecunie et
spei future numerate et predictorum omnium non ita factorum et omni probationi in contrarium. que omnia fecit suus Damianus. Ita quod si de predictis ... contingerit quod
possit ad predicta omnia omni tempore conveniri. Renuntiando per pactum spetialle omnibus infrascriptis. Videlicet quod non possit aliquo tempore oponere vel
allegare causas colocatas vel collocandas vel ferias ordinarias solempnes vel ~~...~~ repentinas vel aliud iudiciarum causarum nec
dicere se velle dare nec ipsum emptorem compellendum esse recipere insolutum predictis vel aliquo predictorum carte vel notas debiti comunis Mediolani nec aliquid
aliud preterquam pecuniam numeratam. Et omnibus statutis et ordinamentis et provisionibus super hoc factis vel que fierent in futurum. Etiam si per
comune Mediolani ordinaretur vel ordinatum reperiretur in consilio vel arengo vel aliter quod talli renuntiatione non obstante creditores compellendos esse recipere
insolutum pro predictis vel aliquo predictorum carte nec notas debiti comunis Mediolani nec aliquid aliud preter quam pecuniam numeratam. Actum in porta horientali
in domo Obizonis Amiconi coram Ambroxio de Vincomercato et Petrino Gergano pro notariis. Testes Iohannes Amiconus filius quondam domini Ottonis
Amiconi porte horientalis. Et Petrus Lanterius filius quondam domini Thomaxii de loco Cogorezo. Et Thomaxius Trullia qui dicitur Vegiffus filius quondam
domini Manfredi porte horientalis parochie sancti Salvatoris omnes cognitores ... contrahentium.

(S.T.) Ego Paganolus Paniçaprolla publicus auctoritate imperiali notarius filius domini Beriem Civitatis Mediolani porte Vercelline parochie monasterii novi hoc instrumentum venditionis
traditum et imbreviatum per quondam dominum Iacobum Paniçaprollam notarium patruum meum qui illud ad presens explere et finire non potest propter mortis eius interventum ab
imbreviaturis suis expleri et finiri feci per infrascriptum Franciscolum de Pontirollo notarium et me subscripsi. Et hoc ex auctoritate seu concessione michi data seu concessa per nobillem
et potentem virum dominum Becharium de Becharia de Papia honorabilem potestatem Mediolani. De qua auctoritate seu concessione constat publicum instrumentum inde traditum anno domini
currente MCCCXVI die XXIII mensis maii per Iacobum de Brengora porte nove Mediolani notarium publicum.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 4 (47)

(S.T.) Ego Franceschollus de Pontirolo filius quondam domini magistri Zambonii civitatis Mediolani porte nove parochie sancti Andree ad pusterlam novam notarius scripsi.

1311, 26 Marzo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1765980690-19/fragment/page=0001

XLVII

1311

26 Ma[rzo]

Milan[o]

XLVII

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millo trecentesimo undecimo. Indict. nona die veneris vigesimo sexto mensis marcij. Venditione ad libellu liberam tam et absoluta ab omi ficto censu prestatione prutute conditione et one fecit damianus qui dr. bellus fil. qdam dni [illegible] catanei de cosonzezo de loco [illegible]. Anzero boxio fil. qdam dni [illegible] por nove Nommatime de sedimine uno cu hedificiis et curte et puteo iacen in civit mediol. in parochia sci [illegible] por. hor. cui choer [illegible] strata inter patom [illegible] brollum monesterii sci [illegible] qnot michaei de [illegible] saldo q si in choer erraret q hoc no noceat. Tali vero venditione pdcus damianus qui dicit bellus eidem Anzero fecit eo tenore et q amodo in antea dcus Anzerus cu suis heredibz et cui dederit habere et tenere et possidere debeat pdcm sedimen cu oibz suis iuribz et de eo facere quicquid sibi placuerit sine ipius venditoris suorq heredum aut alterius psone contradictione. Et cessit et dedit ad que mandavit eidem emptori omes actiones utiles et directas reales et psonales atq ypotecharias et replicationes et exceptiones et exceptt et deffensiones et omne iura sibi quocuq modo et iure competentia in pdco et p pdco sedimine supius vendito. Et contra debitores et fideiuss eius et eius here seu successores et res seu bona que sibi vel fuerit aut erunt obl. et contra detentores et possessores bonorum et contra quascumq alias psonas et res et rerum possessores p eo ul ob actas volens in ipm emptorem plenum dominium et plenam possessionem et quasi pdci sedimine supius vendit transferre et dare. Constituit se illud eodem possidere vl quasi donec de eo corporalem acceperit possessionem qua accipiendi et acceptam deinceps sua aucte retinendi eidem emptori dedit plena licentiam et liberam facultate tribuit. Cu dominio et possessioni illico renunciavit et iustum emptorem transtulit desiit et dereliquid et se absentem ex inde fecit constituendo ipm Anzerum petitorem in rem suam ita ut in omibz et p omia in eis locum et statum ut et succedat et debeat et possit omibz iuribz uti quibz ipe venditor actenus poterat seu posset. Quare pdcus damianus qui dicit bellus pmisit obligando omia sua bona pignori eidem Anzero q ipm sedim supius descriptum eidem Anzero et suis heredibz et cui dederit deffen et guarentabit ab omi homine psona collegio omi tpre suis expen et dampnis et sine dampno et dispendio ipi Anzeri vel cui dederit. Et q ipm Anzerum et cui daret exonerabit et indempne pstabit et conservabit ab omibz fodris et omibz et condempnat et bannis cois med. impositis et imponendis et fcis et faciendis et datis et dandis semp et omi tpre donec sup exceptis olim factis fodra onera tallee et conditionem imponet et impo[illegible] et imponenda exigerent. Et ab omibz exactionibz que fierent vel fieri vellent ab ipo Anzero vel cui daret ratione seu occaxione [illegible] pti sedimine supius venditi. Pro qua vo venditione pdcus damianus qui dicit bellus fuit confessus et contentus recepisse et habuisse a pto Anzero libras centu [illegible] tercioloz. Renuntiando excepti no fce venditionis et no numerate et non recepte pecunie et spei future numerate et pdcoz omium no ita fcoz et omi pbationi in contrarium. Que omia fecit ipus damianus. Ita q si de pdcis agi contingerit q possit ad pdicta omia omi tpre conveniri. Renuntiando p pactu speciale omibz infradictis. Videlicet q no possit aliquo tpre oponere vl allegare causas colocatas vl collocandas vl ferias ordinarias solempnes vl ~~[illegible]~~ repentinas vl aliud iudiciu causaz nec dicere se velle dare nec ipm emptorem conpellendum esse recipe insolutu pdcis vl aliquo pdcoz car vl notas debiti cois med. nec aliqd aliud p[illegible] pecunia numeratam. Et omibz statuti et ordinamentis et pvisionibz sup hoc factis vl que fierent infinitum. Etiam si p aliq. ordinaret vl ordinatu repiret in conscilio vl arengo vl alit. q talli renuntiatione no obstante credit conpellendos esse recipe insolutu pdcis vl aliquo pdcoz car nec notas debiti cois med. nec aliqd aliud pt quam pecuniam numeratam. Actum in por. horen in domo obizonis Amiconi. Coram Ambroxio de vincomercato et petrino gergano p not. Testes Johes Amiconi fil qdam dni ottonis Amiconi por. hor. Et petrus Lanterii fil qdam dni thomaxii de loco cugorezo. Et thomaxii trivilia qui dr. Regiffus fil qdam dni marfredi por. hor. paroch sci salvatoris omes cognitores [illegible] conrahentium.

Ego Paganolus panigayrolla publicus aucte imperiali notarius fq. dni Beriem civitas mediol. por. vercellinē parochie monaster novi. hoc instrum venditionis traditum et imbreviatu p qdam dnm Jacobum panigayrollam notum patruum meum qui illud ad psens explere et finire non potest propter mortis eius incidentii. Ab imbreviaturis suis expleri et finiri feci p infradcm Franceschum de pontirollo notarium. Et mei [illegible]. Et hoc ex aucte seu concessione michi data seu concessa p nobile et potente virum dnm Becharum de becharia de papia honor. potestate mediol. De qua aucte seu concessione extat publicum instrum inde traditu anno dni curr. MCCCXVI. die XXVI mensis may p Jacobum de bengora por. nove [illegible] notarium publicum.

Ego Franceschollus de pontirolo fil qdam dni magistri Zambom civitas med. por nove paroch sci Andree ad pusterlam nova notarius scripsi.

Universitäts-u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 4 (47)

1311, 26 Marzo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1765980690-19/fragment/page=0003